

I.N.S.T.A.
DISSERTATIO THEOLOGICA,
DE
MISERICOR-
DIA DEI,
EX PSALM.XXCVI. 13.

Quam
SUB PRÆSIDIO
Universitatish.t.RECTORIS Magnifici,
VIRI

Summè Reverendi, Amplissimi, Excellentissimiq;
DN. JOHANNIS
DEUTSCHMANNI,
SS. Theol. Doct. ejusdemq; Prof. Publ. longè Cele-
berrimi, Facult. Theol. SENIORIS, Gravissimi ut & Alumn.
Elect. EPHORI Primarii &c.

*DN. Patroni, Preceptoris ac Promotoris sui filiali obse-
quio jugi devotione colendi,*
publicæ Eruditorum *Σετοσιας*
IN AUDITORIO MAJORI,
D. 26. Octobr. A.O.R. cl. loc. XXCIX.

M. JOHANN: NICOLAUS Wagner
fistet
Cravincella-Thuringus.

WITTENBERGÆ,
Liberis JOHANNIS WILCKII.

Io: oll. diss. A
-a 61, 18

SLUB

VIRIS
MAGNIFICO, MAXIME REVERENDIS, NO-
BILISSIMIS, AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,
DOMINIS
PRÆSIDI
ET
ADSESSORIBUS
ILLUSTRISSIMI, qvod GOTHÆ est,
CONSISTORII
EMINENTISSIMIS, GRAVISSIMIS &c.

DOMINIS PATRONIS, MÆCENATIBUS ac
PROMOTORIBUS SUIS Sanctiori obsequiorum
cultu etatèm venerandis,

Disputationem hanc Theologicam,
in debitum gratitudinis ac observantiae
symbolum, suiq; & suorum studiorum
commendationem,
Eâ, qvâ par est, reverentia

affert & consecrat

RESPONDENS.



IN NOME() JESU!
DISPUTATIO THEOLOGIÆ BIBLICÆ,
DE MISERICORDIA DEI,

EX PSALM.XXCVI.15.

Textus Hebreus:

זאתה אָנָי אֶל רְחוֹם וּחֲנָנוֹן אֶרֶךְ אַפִּים וְדֵבֶר חָסֵר וְאַמְתָּחָה

Textus Vulgatus: *Et Tu, Domine Deus Miserator, et Misericors, patiens, et multe misericordie, et verax.*

B. Lutheri Versio: Du aber / HERR GOTT/bist
barmherzig/und gnädig / gedultig / und von grosser
Güte/und Trewe.

1.

Gratiam Dei, quæ magis generalis est, seqvitur jure Misericordia, quæ magis specialis est, & nos homines, miseros peccatores, potissimum respicit; ea de causa vero nobis acceptior esse debet, & eo frequentius, eo diligentius, eo vehementioribus affectibus, atq; studiis nobis consideranda venit.

2. Hæc autem Misericordia Dei nobis à Regio Psalte Davide verbis emphaticis exponitur, prout ex Oraculo præsenti videre licet. Quamvis autem innumera fere de Misericordia Dei loca passim in sacris literis inveniantur, hoc tamen Oraculum potissimum eligere, nostrisq; meditationibus præscribere voluimus, quia verbis maxime ponderosis omnia Capitula principia clare satis, perfecte pariter, & simul ordinate, nobis exhibit, ut jure Misericordiæ Divina Speculum, vel Compendium, vel ejus Cognoscendi principium, appellari possit.

3. Nos igitur in præsenti naturalem, & artificialem Verborum positum, & Davidicum, vel hoc evidentissimum potius Spiritus Sancti speculum devote contemplabimur, & ex eodem capita nobis conservata speculabimur, nim. I. Misericordia Divina Existentiavit. II. Misericordia Divina Essentiam, vel Rationem Propri-

A

400

DE MISERICORDIA DEI,

am. III. Divine Misericordia Eminentiam. Deus ad sit Amore, Prae-
fitq; labori, propter Christum, omnis Misericordiae Fundamentum!

4. Existencia Misericordiae Divinæ fundatur partim in ext-
ternis, ad nostrum Oraculum non pertinentibus, partim in inter-
nus, & nostrum Oraculum constituentibus, documentis, adeoq;
nusquam Misericordiam Dei non fundatam grata fide depre-
hendimus. Urgemus (1) qvod tota Scriptura nihil aliud sit,
quam continuum, & perpetuum de Misericordia Dei testimonium.
Quotquot in eadem cernimus voces, vel apices, tot misericor-
diae divinae deprehendimus testes, tot audimus Misericordiae di-
vinæ Precones, tot fidelissimos habemus Divinæ Misericordiae
Custodes. (2) qvod omnes ferè libri Biblici vel clarissimis verbis,
vel aliis indicis, vere demonstrant Existentiam misericordiae di-
vinæ, sicut patet (a) ex Genesi c. III. ubi post lapsum Deus pri-
mum, & exoptatissimum lapsis hominibus specimen edidit mi-
sericordiae c. XII. in multipli pro Sodomitibus intercessione di-
vinam Misericordiam Abraham implorat c XIX. 19. Loth gloria-
tur in misericordia divina, qvod eam Deus magnificari, dum
ipsum ex panot lohria Sodomitarum liberavit c. XXXII. Jacobus
in sua puererimia vel Confessione, vel preicatione, dicit inter alia:
Minor sum cunctis miserationibus tuis, Domine. &c: (b) in
Exodo mera circa Israelitarum in Ægypto conservationem, & ex
Ægypto deductionem, occurrant Misericordiae divinae docu-
menta, vel argumenta, sicut Moses in Epinicio suo testatur c.
XV. 13. Dux fuisti in Misericordia tua populo, quem redemisti. Conf.
c. XX. 6. ubi Deus in media lege suæ misericordie symbola mon-
strat: in primis autem c. XXXIV. 6. seqq. illustrem commen-
tationem de Misericordia Patris. Ipse Jehovah, Deus Filius, nobis
proponit: Dominator, Domine Deus, misericors, & clemens, pa-
tiens, & multæ miserationis ac verus, qui custodis misericordiam in
millia &c: (c) Leviticus maximam partem in Sacrificiis prescri-
bendis, & describendis consumitur: qvot autem notantur Sacri-
ficia, tot manifestantur Misericordiae divinae specula, cum Sacri-
ficia nihil aliud sint, quam evidenter Divina Misericordia si-
gnat. (d) In Numeris omnis Misericordiae divinae, vel benefiorum
ejusdem, & scaturigo, nim. Benedictio solennis traditur, & qvidem
non

EX PSALM. XXCVI. 15.

non sine clarissima misericordiae divina mentione: Misereatur Dominus tui: cum etiam Deus totum populum rebellem penitus delere vellet, Moses nullum aliud nisi Misericordia divina consilium, & asylum adhibere potuit c. XIV. 17. 18. 19. Magnificetur fortitudo Domini, sicut jurasti dicens: Dominus longanimis, & multe Misericordiae, auferens iniuriam, & scelera &c: Dimitte, obsecro, peccatum populi tui hujus secundum magnitudinem misericordiae tue &c: (e) Ex Deut. V. 10. VII. 9. 12. (f) Liber Iosue nihil aliud exhibet, nisi Misericordiae facta, vel Exempla, dum rebellem & continuis murmurationibus & contradictionibus contumacem populum plurimis victoriis exornavit, & totam Palestinam, ejectis veteribus incolis, eidem in hereditatem perpetuam donavit. (g) Iudic. II. 18. in Compendio rerum gestarum, hoc libro descriptarum, inter alia dicitur: Quando excitavit illis (Israelitis) Iudices Dominus, fuit Dominus cum iudice, & liberavit eos de manu hostium suorum, omnibus diebus Iudicis, quia MISERTUS est Dominus super clamore eorum, a facie opprimentium, & turbantium eos. Nec aliud Historia libri totius contestatur. (h) Ruth. I. 8. dicit Naemii nuribus suis: Faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecisti cum mortuis, & mecum (i) I. Sam. II. Hanna, prius misera, nunc post acceptum filium Samuel, beata, misericordiam divinam inter alia respicit, inquiens: Famelici saturati, Sterili peperit plurimos, v. 9. Dominus mortificat, & vivificat deducit ad inferos, & reducit v. 10. suscitat de pulvere egenum, & elevat de stercore pauperem v. 11. &c: c. XII. 7. Samuel ipse dicit populo, qui Deum, & Samuelem repudiaverat, Regemque novum sibi postulaverat: Nunc ergo state, ut judicio contendam adversus vos coram Domino de OMNIBUS MISECORDIIS DOMINI, quas fecit Dominus vobis, & cum patribus vestris. (k) II. Sam. II. 6. ubi David optat, ut Dominus Misericordiam & Veritatem civibus in Iacob retribuere velit, quia sepelierunt Saulis & Ionathanis ossa. c. VII. 15. Deus ipse, praeter alia promissa, David per Nathanem dicit: Misericordiam meam non auferam a Davide, sicut abstuli a Saul. &c: (l) I. Reg III. 6. Salomon in suis precibus ad Deum inter alia dicit: Tu fecisti cum servo tuo David, Patre

A 2

2000

DE MISERICORDIA DEI,

meo, Misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo,
in veritate & justitia, & recte corde tecum, & custodivisti ei Misericordiam grandem, &c: & in precibus publicis, Templum extrahit
Etum inaugurantib⁹, statim in primis Exordii verbis, de Misericordia Dei gloriatur: Domine, Deus Israel, non est simulis tui
Deus in calo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum,
& Misericordiam servis tuis &c: & in hac Misericordia quoq;
fere definit v. 50. (m) II. Regum libro non modo varia Misericordiae
prostant argumenta, qvoad pios, Eliam, Elisaum, Jeremiam,
Obadiam, Elimelech &c: sed etiam qvoad Idololatras Israeliteas,
& Judeos qvos magna patientia, multaq; longanimitate misericordie
sua, toleravit ad abductionem usq; totalem in ca-
ptivitatem, qvod indicat Jeremias in Threnis III. 22. Misericordiae
Domini debemus, qvia non sumus consumti, qvia non defecerunt
miserationes ejus. (n) I. Paral. XV. 34. David inter alia, cum Ar-
cam Domini certum in locum collocasset, primum Hierosolymis:
Confitemini Domino, qvoniam bonus, qvoniam in eternum miseri-
cordia ejus. Conf. c. XVII. 13. (o) II. Paral. I. 8. ubi Salomon, in pre-
cibus ad Dominum, sibi de Misericordia Dei gratulatur, & in ea-
dem gloriatur. Conf. c. V. 13. VI. 14. 42. VII. 3. 6. &c: (p) Ex & Esra.
c. III. II. VII. 28. IX. 9. (q) Nehem. I. 6. II. ubi precibus ardentissi-
mis à Misericordia Dei Nehemias impetrat, ut à Rege Hiero-
solymam, ad reedificandam, & restituendam Urbem mittatur.
Conf. c. IX. 19. 28. 32. (r) Liber Esther est pulcherrimum Misericordiae
Divina Theatrum, per quam Esther paupera fit Regina, to-
tiusq; Monarchie Medio Persice Domina, Mardochai pariter
ex Patibili Candidato, fereq; jam mortuo, Monarchie Athasveri
Ministrissimus, populus Judaicus ad mortem & panolethriam:
jam venditus, & proscriptus, Victor suorum hostium. Hæc non
sunt tam quæ, qvam πράγματα divinæ Misericordie (s) Job
in afflictione, conservatione, liberatione sua Misericordie divinæ
vel Exemplum, vel illustre qvoddam. Exemplar est, hinc ipse
gloriatur in Misericordia Dei c. XI. 12. Misericordiam fecisti me-
cum, & visitatio tua custodivit spiritum meum (t) Psalterium fere
nihil aliud est, qvam promtuarium Misericordie divinæ, dum
psalmes in omnibus fere Psalmis ad misericordiam divinam se-
recipit.

EX PSALM. XXCVI. i.

recipit, in ea tutissimum refugium invenit, ad eam preces omnes confidenter dirigit, & ab ea certum auxilium salutis accipit. (u) *Salomon* in *Proverbiis* etiam prudenter nos ad Misericordiam divinam remittit, c. III. 3. *Misericordia & Veritas te non deserent; circumda eas gutturi tuo, & describe in tabula cordis tui:* sic igitur *Misericordia* pulcherrimum colli, sed *Veritas cordis est ornamentum: Misericordia Dei dicitur die schönste Hals-Kette;* quæ nos ab extra totos ornat, & cælitus armat: *Veritas das schönste und kostbarste Brust- und Herzens Bild / quod imaginem caelestis Regis in nobis reformat, & restaurat, & nos Deo conformat, vel spiritualiter copulat.* His nihil præjudicatum volumus illis, qui de verbis, & mandatis divinis hæc posteriora verba declarant, cum verba Dei sint *misericordiae*, vel *gratiae* divinæ verba; *Veritas etiam ipsa Act. XIV. 3. Job. XVII. 17.* Confer. c. XVI. 7. (x) *Ecclesiastes* totus ad *Misericordiam* respicit: nam ubi multum *vaniatatis, & pravitatis*, inter homines reperitur, ibi plus *Misericordiae*, vel *longanimitatis* reqviritur, cum alii non possit extremum exitium non conseqvi. (y) *Canticum Cantorum* est *Misericordiae* divinæ continuum *Epithalamium*, ubi *nigra*, vel ex *peccatis* venialibus, vel ex *plagis spiritu-aliis*, *Sponsa Misericordissimum suam respicit Sponsum, ejusque tum presentia, tum benevolentia, tum aduentus, tum beneficentia, semper frui desiderat.* (z) *Esaias* multam *Misericordiae* divinæ mentionem facit, & ab ea fere sua prophetæ facit exordium, dum corruptissimum populi peccaminosi statum depingit, & conservationem ejus *misericordie* Dei soli tribuit v. 9. *Nisi Dominus exercituum reliqueriset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorha similes essemus* c. L. V. 1. *Misericordias David fideles, introducit &c: LXIII. 7. Misericordias Domini semper in memoriam sibi revocat, eas celebrat, & cantat,* (aa) *Jeremiæ* c. IX. 24. illustrem locum de *Misericordia Dei* producit, & passim eandem reducit (bb) *Threni Misericordias Dei factis ipsis demonstrant; & c. III. 22. 32. eas, ceu multas, & magnas, commendant.* (cc) *Ezechiel sub media captivitate Misericordia Dei fruitur, peccatores ad eam passim remittere nititur, & ex misericordia Dei Templum illustrè modis omnibus describere vide-*

A. 1.

tur.

DE MISERICORDIA DEI,

etur. (dd) Daniel & alias, & in primis c. IX. 4. 5. Misericordiam Domini suis precibus implorat, cum ipse, ceu captivus, illustre Misericordie divinae specimen offerat. (ee) Hoseas & nomini bus c. I. 6. 8. &c: & dictis, & factis, & aliis modis salutarem de Misericordia Dei doctrinam illustrat, cum primis illustrissimus est locus c. XI. 8. 9. (ff) Joel c. II. (gg) Amos plagarum onus proponit, & ad optimum earum remedium, quod est Dei Misericordia fere semper manu suos auditores dicit. Conf. c. V. 15. VII 3. 6. (hh) Obadias prædicat divinam erga Iudeorum hostes justitiam & vindictam, & paternam erga populum suum misericordiam, juxta quam Salvatores Israelitis mittebat. v. 21. (ii) Jonas in ventre certi Misericordie divinae luculentissimum exemplum est, hinc etiam in precibus suis, c. II. 9. ad misericordiam confudit, inquietus: Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt: Gess. B. Luth. Werkheiligen und Heuchler verlassen Ihren Gott und Christum umb ihres nichtigen Gottesdienstes willen. Et in Comment. ad h. l. pluribus & clarius id exponit: Im Ebräischen steht die lassen Ihre Barmherzigkeit fahren: Aber weil das in Deutschen lautet als rede er von der Menschen Barmherzigkeit die sie beweisen sollen habe ich das Wörtlein (Ihre) aufgelassen und schlecht Barmherzigkeit gesetzt, daß es desto deutlicher wäre. Den Jonas redet von Gottes Barmherzigkeit und Güte welche ist unser das ist uns angeboten/verheißen/und dargelegt / gleich als wenn ich von Christo so sagte: welche Ihren Christum/oder Ihrem Glauben/oder Ihr Evangelium lassen fahren &c. so doch der keines unser / sondern alles Gottes allein ist/der es giebet/und doch unser heist/weil es uns ist angeboten und fürgelegt / daß wirs nehmen/ und für uns haben sollen &c. Conf. c. IV. 3. (kk) Micahas c. VII. 18 Deum maxime ejus que misericordiam commendat, quod Ei nullus fu similius, qui peccatum auferat &c. Et si VOLENS misericordiam, secundum Osiandr. misericordia delectatur. (ll) Nahum quidem verbotenus ipsam misericordiam non introducit ejus tamen synonyma producit, c. I v. 3 quod Deus vid. respectu peccatorum sit patiens, v 7 quod sit bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, &c. quæ cum aliis respiciunt Misericordiam divinam. (mm) Hab. III. 2. Domine, cum iratus fueris,

rat,

EX PSALM. XXXVI. 15.

rus, Misericordia recordaberis. (nn) Zephania, post plagas Gentibus denunciatas, c. I. etiam c. II. Gentibus, ex misericordia Dei, propter consolacionem Iudeorum, & divinam erga persecutores & imperfectores ipsorum unctionem producit, & c. III. misericordissimam Messiae, & Evangelis promissionem adducit. (oo) Haggaeus Misericordiae divinae verus internuncius est, dum ad aedificationem Templi Iudeos excitat, misericordissimam Dei presentiam, & adfidentiam Dei, Iudeis annuntiat, c. I. 13 ex summa Dei misericordia quoque proximum Messiae, Desiderii Gentium, advenum, Templi secundi gloriosum statum, prænuntiat, & aliis quoque divinae misericordiae documentis suos auditores confortat, c. II. 5. 1cqq 7 8. 10. &c (pp) Zacharias quoque multus est in misericordia Dei celebranda: Angelus ipse Dominus verus, Messias, interrogatus, c. I. 12. Usquequo non misereberis Jerusalem. & aliorum Iudeorum c. I. 12. & statim Dominus respondet verbis emphaticis: Revertar ad Jerusalem in MISERICORDIIS: Dominus mea reedificabitur in ea. ait Dominus Exercituum. Hoc est misericordissimum Dei Patris & Filii, eccl. quium. Conf. c. IIIX. 14. X. 6. (qq) Malach. I. 9. Deus per Prophetam præcipit, ut deprecentur vultum ejus, ut misereatur eorum & suscipiat facies ipsorum. Existentiam Misericordiae Divinae pariter ex omnibus N. T. libris deducere possemus, sed illud angustia chartarum non admittit, alii sic occasioi sunt illa reservanda.

5. Interna quod attinet Existenciae Divine Documenta. hæc Oraculum nostrum evidenter satis offert, quæ tamen in classes contrahere cogitur, cum numerus Librorum V. T. spaciū justo manus occupasse videatur. Probat us igitur Misericordiam divinam, (1) ex titulis concretis, quia Deus dicitur רחוי, quod proprium misericordiae dicitur elogium, & צדקה, quod itidem ad eandem respicit, licet paulo sit latius, (2) ex titulis abstractis, quales sunt חסד, אמת, קס, quæ Spiritus S. saepius in Sacris literis Ver. T. conjungit in Nov. Test. dicitur Gracia & Veritas, Job. I. 14 17 vel Gratia in Veritate, Coloss. I. 6. (3) ex titulis eonjunctis, quorum iterum vel duo, vel tres, introducuntur ימְתַבֵּר וְאָמֵת וְחֶסֶד, וְאָמֵת וְדָבָר וְחֶסֶד, אֲמִתָּה וְלֹנְגָדָה longitude narium, vel longarum patiens, multæ misericordia multitudine veritatis.

6. Progredimur nunc ad Divina Misericordia Rationem Esendi, quam in Eminentia Causarum analogia rursus meditabitur, quia planissimam, plenisimam, & ordinariissimam, viam nobis id Spi-

rus

DE MISERICORDIA DEI,

vitus S. verbis paratam conspicim⁹. Sic igitur juxta textum notam⁹
I. Eminentem Rationem Efficientis, Tu Domine Deus. II. Eminentem
Rationem Formalis, Misericordia. רחוי. III. Eminentem Rationem Ma-
terialis, qvod sit יוננְה, misericors, patiens, & multæ misericordiæ.
IV. Eminentem Ratione finalis, & fidus, ac verax, vel multæ veritatis.

7. Eminens Efficientis Ratio nobis indicatur (1) per copulam
Tu, qvæ secundum Vulgatum, copulativè redditur, sed juxta B. Lu-
therum, & alios rectius adversative transfertur, qvia non tantum
antea David, sed etiam in proxime precedentibus verbis v. 14. de suis
hostiis conqvestus fuerat, tum qvod superbi super ipsum insurre-
xerint; tum qvod Synagoga Potentum, vel Cætus gladiatorum, ani-
mam ejus qvæ siverit; tum qvod nullum ad Deum respectum habue-
rint, nec eum in conspectu suo proposuerint: sed nunç ad miseri-
cordissimum Deum, tanq; ad ruissum asylum, mox se recipere
conatur, ut Deus eidem effectice consilium & auxilium, ac liberatio-
nis beneficium præstet. (2) per pronomen **Atha**, Tu, Tu malis resistis,
Tu per Misericordiam tuam afflitos respicis, Tu, Deo misericordissi-
me, tuos protegis, atq; defendis, qvæ cum aliis vere sunt efficientia.
(3) per Nomina propria, tum Adonai, tum El, qvæ vere sunt Activa,
cum Adonai fundamentum activum, El potentiam activam inferat.
(4) per nomina tum concreta, tum abstracta, qvæ meram activitatem
causalē important, in primis autem in relatione reliquarum cau-
sarum prima verba Causam Efficientem designant.

8. Vox הָנָה non obscurius indicare videtur, qvod sic (5) Cau-
sa verissima, qvæ tot documenta veritatis secum trahit. (2) eviden-
tissima, qvæ digitis quasi fidei monstrari potest, sicut nervus hujus
Pronominis ostendit. (3) presentissima, qvam immediate nobiscum
habemus, sicut Ego, & Tu, suo modo presentiam proximam inferre
videtur. (4) conjunctissima, dum Ego, & Tu, proxime connexa. (5)
familiarissima, qvia David familiarissime Deum alloquitur: Tu,
cum hic Tu sit optimus, & certissimus in rebus incertis amicus. (6)
paratissima, Tu, scil. semper es Misericors, & miserator &c.

9. In ipsis Nominibus Efficientis Causæ notamus, (1) Condicio-
nem, ita dicuntur ambo Nomina Propria DEI, cum & Adonai sit No-
men Deo Proprium, & El, quoq; singulare, possum absolute, severa
tale

EX PSALM XXCVI. 15.

gales sit. Hoc multa movere posset, quod ob afflictionum magnitudinem, ob periculorum multitudinem, ob pressurarum arctitudinem, ob precū ardorem & habitudinem, devotionis rectitudinem, fidei plenitudinem, &c. non sufficerit unum allegasse titulum Dei, sed ob ponderis majoris infallibilitatem, ob efficaciam precum penetrabilitatem, ob perceptionis facilitatem, ob exauditionis felicitatem, &c. sit etiam alter adjectus. (2) relationem, sic alter titulus est personalis & pluralis, *Adonai*, qvi Tres personas Deitatis affert, alter vero dicitur *Essentialis*, & *singularis*. nim. *El*, qvi divinam *Essentiam* confert. Hæc satis necessarias, & utiles declarationes subinserunt, si pluribus illa per se qvi vellemus (3) plenitudinem, qvia sic Deus unus in *Essentia*, *Trinus* in personis, dicitur *Misericordiae Principium*, vel *Origo*, Deus totus, non tantum qvoad *Unam Essentiam*, sed etiam qvoad *tergeminam suosistentiam*. (4) *Ordinem*, qvi maxime notabilis est, dum non *Essentiale*, sed *personale nomen* præmittitur, adeoq; *Spiritus sanctus* non ordine naturæ, sed doctrina progreditur, idq; fit (a) *ratione Dei*, qvia persona Deitatis misericordis propiores esse videntur, qvam ipsam *Essentia*, vel etiam evidenter esse dicuntur, dum cor misericors Patri, Verbum, aut Os, misericors Filio, misericors opus, vel negotium Spiritui succurrenti, vel agenti, aut operanti, peculiariter appropriatur. (b) *ratione objecti*, qvia hic agitur de *Misericordia Dei*, qvæ, sicut jam monitum, magis in Personis clucet, qvam in *Essentia*; vel etiam in persona *Creatoris*, *Redemptoris*, & *Sanctificatoris* patet. (c) *ratione subjecti*, qvod est *homo miser*, qvi satis panxie misericordiam divinam in angustiis desiderat; adeoq; rō velle misericordissimum Patris, rō posse Filii, propter meritum sufficientissimum, rō facere, vel fiducialiter applicare, *Spiritus S. suis confidentibus* spiritiis respicit, sex sic prius personas, qvam *essentiam Dei* suis precibus attendit. (d) *ratione verbi*, qvia Deus in verbo suo prius Trinitatem personarum in Elobim Nominem, Gen. I. qvam Unitatem Essentialēm in nomine *Jehova*, cap. II. 4. seqq. patefecit. (e) *ratione loquendi modi*, qvia *Spiritus sanctus* in conjunctione Nominum Propriorum certum & affectum, & delectum, & effectum, adhibere videtur. Hæc equidem mysteria sufficienter penetrare, vel explicare non valamus, diligenter tamen observare debemus, qvod studiosus

B

diosus

DE MISERICORDIA DEI,

diosus linguae sanctæ, cum in antecedentibus, cum in his verbis, tunc
in consequentibus, etiam notare poterit. Nam in his quinq; Psalmis,
à Spiritu sancto Filiis Coreb tributis, hæc reperiuntur Divinorum No-
minum Conjunctiones, (1) Nomen Essential & Causale, Jebova Ze-
baorib, Ps. XXCIV.2.4.13. (2) Essential & personale El Elobim v. 8. (3)
Essential, personale & Causale, Jebova Elobim Zebaorib. v. 9. (4) No-
men Essential & Personale, Jebova Elobim, v. 12. & Ps. XXCIX. 1.
(5) Essential & Essential, Ps. XXCV. 9. HaEl Jebova. (6) Personale &
Personale, Adona Elabai, juxta nonnullos, Ps. XXCVI. 12. restabat igitur,
(7) Personale & Essential, Adonai El, qvod h. i. reperitur, cum si-
mile qvid in omnibus his quinq; Psalmis. nec qvoad voces, nec
qvoad ordinem. nec qvoad relationem, occurrat. Hic igitur titulus
Misericordie divinae proprius esse debebat, cum similitus relatio, licet
verbis quibusdam interjectis, ratione Dei max Ps. XC. 1. 2. recurret,
ubi pariter ad Misericordiam divinam respectus habetur.

10. Nunc pergimus ad ipsum Misericordie divinae Principium,
qvod non est aliud, quam Ipse Deus. In textu dicitur אל אָרוֹנִי,
qua ratione clare satis innuitur, qvod Deus sit principium Misericordia (1) στοιχεῖς, vel essentialiter, dum ΛΝ appellatur (1)quia nu-
meri singularis est, adeoq; non plures, sed Unum significat, nimirum
Deum, qvoad Essential Unum. (2)quia communiter etiam ל נ-
ter Essentialia Dei nomina recensetur, & à Theologis, atq; Philologicis
pro tali habetur. (3)quia τὸ Adonai, vel plurali, conjungit, & con-
tradictingvit: quando verò singulare nomen in divinis plurali
conjungit, & contradictingvit, illud ad Essential, hoc ad Perso-
nas, respectum inferre dicitur. (4)quia similia notavimus exempla
precedenti chesi, qvoad hos Psalmos Filiorum Coreb, adeoq; per
hæc etiam exempla nostra sententia confirmatur. (5)quia sicut a-
biatum attributorum divinorum Subjectum est Essential divina, sic
ad eum etiam de Misericordia divina dicendum.

11. Præterea notandum, qvod hic etiam advertendum sit, in
Misericordie divina declaratione, vel commendatione, tanquam
Essential Principium, non aliud, quam à robore, vel potentia seu vir-
tu e ded. Etum nomen esse productum, cum non אלהי יְהוָה, אלהי אָשֶׁר, אלהי אשר, vel aliud, sed prouisum nomen אל אָל sit adhibi-
tum.

110

EX PSALM. XXXVI. 15.

tim, quod *Essentiam* quasi potentem, vel Potentiam *Essentialēm*, im-
portat. (1) quia misericordia hæc DEI non est nuda, sed prepotens, &
valida, non tantum affectiva, quæ solum Deum afficiat, sed effecti-
va, quæ simul omne nobis auxilium efficiat. (2) quia nihil magis in
misericordia necessarium videtur, quam dum misericordi vult, etiam
misericordia subvenire, miserisq; succurrere virtute sua possit. (3) quia
sic nomen El hoc loco non modo misericordiae divinae naturam ex-
pli-*c*at, sed etiam firmam fiduciam, certam πρόποντας & πληροφορί-
as, ac omne solatum in cordibus nostris generat, dum Misericor-
diam in Potentia DEI, vel DEI potentiam in Misericordia, fundatam
nobis exhibet, & exponit.

12. (2) *וְאַתָּה נָאֹתֶשׁ*, quia tum conjunctim ad tres personas, Pa-
trem, Filium, & Spiritum Sanctum, respicit, dum hunc El misericor-
dem אֱלֹנִי vocat, quam vocem hac ratione breviter explicabimus,
(1) qvoad ortum; sic dicitur ab יְהָוָה fundamentum, quia nostrum o-
mnium fundamentum est Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus
Sanctus, sicut propterea Synonymum hujus Adonai, vid. Elohim, pri-
mum, & tantum, in hexaemero *Creationis* adhibetur, ad S.S. Trinita-
tē respectus habetur, & sic Elohim Dicens, vel Pater, Elohim Faciens,
Filius, ac Elohim Videns, Spiritus Sanctus, sic *Creationis* omnis, in-
primis nostræ, tum principium, tum fundamentum exhibetur, ut sæ-
pius in eodem capite *Trinitas* hæc, & ipsum Nomen Elohim tricies,
& bis iteretur. (2) Qvoad statum, sic qvoad formalem statum dicitur
numeri pluralis: pluralitas autem Deitatis definita, vera dicitur
Trinitas. Sic dicitur Adonai in El, Pluralis in singulari, Trinus in u-
no, juxta Fidem Catholicam Isaelitarum, Deut. VI. 4. & Christiano-
rum I. Job. V. 7. & communem Ecclesiae Confessionem orthodoxam,
in Athanasiano Symbolo traditam: *Catholica Fides* hac est, ut Unum
Deum in Trinitate, & TRINITATE in unitate veneremur. (3) Qvo-
ad sensum, quia nomen hoc Adonai significat h. l. Tres Personas,
Patrem, Filium, & Spiritum S. tum quia nec plures, nec pauciores
personæ sunt in Deitate; tum quia cum El, essentiali nomine co-
pulatur, commutatur, & adæqvatur; tum quia non tantum ad Ef-
ficiam, sed etiam ad sequentia propria, vox Adonai refertur, imo
B 2 suo

DE MISERICORDIA DEI,

suō medo ad Gratię, & fidelitatis verba, seu promissa, & ad opera, vel effecta, respicit, qvo ad ultimū comm; ade his autem nulla divinarum personarum excludi potest: omnis igitur Deitatis persona, hic in Adonai subintelligi debet. (4) Sic qvo ad hunc adequatum respectum etiam omnes tres Deitatis personas significat & importat. (5) Qvo ad possum, sic ante Nomen El ponitur Adonai, qvo luculenter ostenditur, qvod Misericordia divina magis per Trinitatem personarum, quam per Unitatem Essentialem nobis innotescat.

13. Distinctim qvoq; non desunt indicia, qvod Misericordia divina hic per Psalmum ad singulas personas Deitatis referatur. (1) quia conjuncta notatio semper distinctas personas includit. (2) quia Adonai primo loco ponitur, adeoq; peculiare qvid innuitur, cum ordine marie requiratur El ante nomen Adonai, sicut Essentia presupponitur à Subsistencia. (3) quia non inconvenienter tria sequentia producata distincte, sicut & ordinate, satis etiam accurate, juxta textum, & materia substratæ respectum, ad tres Deitatis distinctas personas referuntur. Nam primū ο Κατά ad Patrem, quia descendit hoc Epitheton από Ρήμα uteru, viscera, matrix, quam etiam quidam piam matrem appellant, (distinctam ab ea, quæ tribuitur alias cerebro,) vel à rad. Ρήμα misereri, amare, diligere, misericordia uerbenter affici, ita quidem, ut την απλιγχυνα, seu cuncta misericordia viscera commoventur, quæ ratione respectus habetur ad Patrem, cuius Cor præ misericordiarum multitudine, seu commatione, frangitur, vel rumpitur, sicut mustū, seu vinum novum uires, & rasa rumpit Jerem. XXXI. 20. Conf. Hoj. XI. 8. Secundum ιωνίον refertur ad Filium, qvod significat zalem misericordem, qvi sit gratiog, beneficg. &c: sicut Filii ita coram Pare gratiog, & dilectus est, Matt. III. 17. ut nos omnes in eodem sumus gratiosi, vel dilecti, Deus Pater ιχριτωσινως ἐπιτίθεται, in Illo Dilecto, vel in Illo Gratiog. Tertium, אָבִים longus, certè non incommode refertur ad Spiritum Sanctum, qvi longanimis est, humanus & benignus, Sap. VII. 23. Spiritus amoris & gratiae, nullius, vel tardioris irae, qvi propterea columbinam formam amavit, & in eadem in baptismo Christi solenniter apparuit, Matt. III. 16. unde tanquam Spiritus natus respicit, & primus qvoq; natus, primum in sacris literis introductas, respicere voluit, dum Gen. II. 7. in natus יְהוָה adamo spiritum viarum inspirare voluit.

14. (3)

EX PSALM. XXCVI. 15.

¶4. (3) ἴδιοντιν ἀώς, per certam appropriationem, sicut hæc
 Misericordia refertur peculiariter ad Deum Patrem, qui dicitur
 רַב חֶסֶד וְאֶמֶת multæ misericordie, quem titulum Deus Pater
 ab ipso Deo Filio primum, tanquam ab Evangelista summo, & Pre-
 cone primario, jam olim accepisse dicitur, Exod. XXXIV. 5. 6. ubi,
 cum descendisset Dominus in nube (DEI Filius, Magnus An-
 gelus, & Nubis Antesignanus) ibi magnum illud Patris præco-
 nium instituit, dum Patre transeunte clamavit, tanquam ef-
 ficacissimus Intercessor: Dominator, Domine Deus, misericors & clo-
 mens, patiens רַב חֶסֶד וְאֶמֶת & multæ miserationis ac veritatis.
 &c: Hic enim est רַב חֶסֶד verus Magister Misericordie, 'O τα-
 της πάτερ ουκ πειώ, II. Cor. I. 3. Pater omnium misericordiarum,
 qui meras misericordias, instar dilectionis marum Filiarum, par-
 turit, 'Ο Θεὸς καὶ σὺν χαρῇ, Deus Omnis gratia I. Pet. V. 10. Est
 igitur Pater Misericordiarum, dum omnes misericordias, instar
 Patris, gigant, instar Matri Esa XLIX. 14. parturit, à priori, pa-
 ternis & maternis suis affectibus: Est Doctor, & Magister Miseri-
 cordiarum, dum respectu nostri, à formalis, tales misericordias
 nobis verbogratia proponit, & aperit, nos illas docet, & de veritate,
 quantitate, qualitate, activitate, &c: earum fideliter per verbum
 erudit, & fidem ipsam erga tales, & tantas misericordias fideliter
 in cordibus nostris accedit. Est Dator & Dispensator omnis
 misericordie, quando vocatur Deus Omnis Gratia, qui nobis ef-
 ficaciter & posteriori per fidem suas misericordias applicat, nos ad
 omnia beneficia misericordiarum instaurat, confortat, robustat, &
 fundat I. Pet. V. 10. Neq; tamen conjunctim saltem ad Patrem
 hic Titulus in sacris accommodatur, sed ad eundem etiam di-
 stinctim accommodatur, quia Messias ipse vocat suum Patrem
 אל דָּeuμ Veritatis Psal. XXXI 6. & alias dicitur רַב חֶסֶד אֶמֶת
 Num. XIV. 18. Joel. II. 13. Jon. IV. 2. Luth. Non grosser Gute / quæ
 tantū Patris dici consuevit erga liberos, und Erwe / quæ pariter
 est Patris, erga suos liberos, ut major apud alios esse nequeat.
 Neq; tamen hic Titulus exclusive Patri sic competit, quasi Fi-
 lius non sit זְאֵם דָּבָר; nam hic titulus nihil aliud infert,
 quam quod dicitur de Iesu, quod sit plenus gratia & veritatis,

DE MISERICORDIA DEI,

Magister & Gratiarum & Veritatum, unde sedens in e quo albo vo-
tatur misericordia & fidelis, & Verax, Tervo und Warhafftig:
sig: & de Spiritui Sancto pariter illud multis modis ostendere
possemus, cum sit Spiritus Gratiae, Zach. XII. 10. & Veritatis, Joh.
XIV. 16. 26. c. XV. 26. c. XVI. 13. &c: qui meras spirat Gratiæ, &
meras spirat Veritatem, dum nos dicit in omnem veritatem d. l.

15. Hæc de Principio, tanquam Efficientis Ratione, quod
attinet Rationem Materialiem, nulla deficit hic Materialium Dif-
ferentiarum Quoad Materiam ex qua cumulantur hic Epitheta,
& sic suo modo, si non realia, tamen formalia puncta nobis
monstrantur, quæ partiales relationes secum ferunt, & totalem
Misericordiam quasi constituunt. Nos hic saltem eleganter gra-
dationem distinctorum respectuum annotabimus, & à partialibus
conceptibus, & respectibus, ad totalem Misericordie statum progre-
diemur. Nam primum introducitur Epitheton רחום, quod no-
tat respectum à priori, quando primus Misericordie, vel affectus,
vel impetus, hac voce designatur ab intra, respectu cordis,
discerum teneriorum &c: & sic primus motus, vel initialis actus
indicatur: post adducitur Epitheton צבון, quod non tantum
misericordem affectum, sed gratus voluntatis actum atq; propo-
fitum, ac ad beneficium effectum transire videtur, quod in primis
divina Misericordie naturam, & formale describit, vel exprimit,
quæ non modo bene vult, sed etiam facit: tertium ארים
à posteriori multa longanimitate tolerat patienter infirmitates, &
aberrationes miserorum. Hæc omnia totam Dei Misericordiam in-
ferre, vel à priori, à formalí & à posteriori constituere dicuntur.

16. Materia in qua Misericordie dicitur Subjectum, quod
in primis notatur per אתה, Tu, quia sic digitis quasi Subjectum
ostenditur, & implicitè per omnia concretiva, quæ subjectum
involvunt, ostenditur. Subjectum autem itidem Deus Trinu-
sus est, Et quoad Essentiam, Adonai, quoad Trinam Subsist-
tiam. Conf. ea, quæ de Principio superius dicta sunt.

17. Materia circa quam, vel objectum, est vel personale, nim.
Pescator, & Crucianus Miser, quod in hoc versiculo quidem
non

EX PSALM. XXCVI. 15.

non exprimitur, sed per ipsum loquentem, atq; precantem Dm
videm adducitur, qvia Misericordiam faciens, & Misericordis
beneficiare recipiens, ceu relata, se mutuo ponunt, & tollunt, hinc
in præced. & seqq. in omnibus fere commatibus producitur: Mi-
serere mei Domine v.5. Misericordia tua magna super me v.13. Respi-
ce in me, miserere mei &c: v. 16. Vel reale, qvod dicitur *Misericordia*
Cruciani, qvæ pariter in omnibus versiculis vel explicite, vel
implicite proponitur.

18. Seqvitur nunc *Ratio Formalis Divine Misericordia*, qvæ
nobis accurate qvidem por *Spiritum Sanctum* introducitur,
sed à nobis propter nostram, tum ignorantiam, tum impotentia-
m, non intelligitur. Sistitur enim nobis (1) qvoad fieri, per
רְחֵם, qvomodo videl. Misericordia divina, qvoad fieri, per inter-
nā affectionem, per affectionis sincera commotionem, per com-
motam commiserationem, in Dei visceribus ortum sumat, & instar
ignis ardeat Hos. XI. 8. (2) qvoad Esse, per רְחֵם, qvod affectum
quasi convertat in actum, videlicet (a) mentis, qvoad gratiose
cogitationes, qvia per & propter misericordiam suam, Deus non
mala, sed bona, de nobis cogitat, & meras gratiose in mente
sua vel inclinationes, vel intentiones agitat (b) Voluntatis, dum
sua benevolentia nos proseqvitur, suaq; voluntatis beneplacitis
tantum bona de nos, nostraq; Salute desiderat. (c) Liberta-
tis, & liberrima, vereq; sapientis activitatis, qvia juxta suam
voluntatem de nobis miseri bona decernit, firmiterq; satis de-
cretis gratiose constituit. (3) Qvoad operari, per אָמֵן veram
longanimitatem, qvia longus naribus est, patiens, & tardus
ad iram, & misericordia peccatoribus neutiquam statim inscitur, sed
veniam, & peccatorum remissionem, gratuitis promissionib; in quo-
tidianis penitentiis libus concionibus, offert, & afferit.

19 Deniq; rationem Finalis Causæ subjicimus, respectu
cuius dicitur רְכַב חֲסִיר וְאַמְתָּה, multæ benignitatis, & fidelitatis,
qvæ verba notatu dignissima sunt, cum sensu plenissima di-
cantur. Multa qvidem hic allegare possemus ex Gen. XLVII.
29. Jos. II. 14. II. Sam. II. 6. &c; longe plura ex Exod. XXXIV. 6.

Ps.

DE MISERICORDIA DEI, EX PSALM. XXCVI. 15.

¶. 10. &c: nam in prioribus de hominibus, sed in casibus gra-
tissimis; in posterioribus de Deo gloriose legitur, & maxima sapientia non tantum, sed etiam edificationis, & consolationis, pondera præ se ferre videtur: hac vice, quia circa finem versa-
mūr, utilitates attendimus quæ describuntur hic (1) ratione
quantitatis, quod sunt חסָרִים, sensu quoque; collectivo, meret, חסָרִים
Gen. XXXII. 20. Minor sum, dicit Jacob, cunctis miserationibus, vel
beneficiis, ex misericordia profectis, & veritate tua, quam explevis
servo tuo: meret sunt hoc bonitates, meret benignitates. &c; (2) rati-
one quantitatis, quam ostendit nomen רַב, quo significatur &
magnitudo & multitudo חסָרִים, cum hac magnitudine divina
non posset esse major, nec hac multitudine posset esse copiosior
& numerosior. (3) ratione qualitatis, quia sunt meret fidelitates
& veritates in divinis consiliis, in divinis decretis, in divinis ver-
bi, in divinis promissis, in divinis operibus fundatae.

20. Addimus paucis Eminentiam Divinæ Misericordie, quæ
dicitur (1) manifestissima, תְּהִלָּה Tu, Misericors, Deus in speculis mi-
sericordiæ digitis quasi notari potes. (2) divinissima, quia הוּא El
est, & הוּא Adonai. (3) Profundissima, quia divini cordis est, Es-
sentiæ divinæ, Triumq; personarum Deitatis. (4) Copiosissima,
quia satis verborum Spiritus Sanctus invenire nequit, quibus
misericordiam hanc divinam describere posset. (5) Potentissima,
quia Dei potentis & omnipotentis est, qui καὶ ἔχειν El dici-
tur. (6) Verissima quia non tantum Vera misericordia dicitur;
sed וְאֵת ipsa Veritas. (7) fidelissima quia nihil nisi חֶסֶד, mera
fidelitas & benegritas in eadem invenitur. (8) Purissima, ubi
nihil est narium, nihil iræ, penes Deum misericordissimum.
(9) Plenissima, tum ab intra, tum ab extra, tum ratione Dei,
tum ratione nostri. &c: (10) durabilissima, quia nullo tempore
definita, sed potius eterna, sicut pasim prædicatur in Psalmis
Davidicis: Consitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in se-
culum misericordia ejus. (11) fundatissima, quia dicitur ipsius Ad-
onai, qui nihil aliud est, quam אָרוֹן basis & fundamentum. (12)
Universalissima, quia neutiquam ad ullum objectum hic re-
stringitur, sed ad omnia potius, juxta textum præ-
sentem extenditur.

Coll. Diss. A 161, Blatt 18